

# The *Liber Pharetrae* Project

## Liber 2: De principalium vitiorum et virtutum multiplicitate Caput 49: De eleemosyna accepta (18)

Idem (Ambrosius), *super Lucam*:

Tu qui putas te manum habere sanam,  
cave ne avaritia, cave ne sacrilegio  
contrahatur; extende saepius eam,  
extende ad illum pauperem, qui te  
obsecrat; extende, ut proximum juves,  
ut viduae feras praesidium, eripias  
injuriae, quem vides injustae  
contumeliae subjacere.

Et  
tu qui putas manum habere te sanam,  
caue ne avaritia, caue ne sacrilegio  
contrahatur. Extende saepius eam,  
extende ad illum pauperem qui te  
obsecrat, extende ut proximum iuves, ut  
viduae praesidium feras, eripias  
injuriae quem vides iniustae  
contumeliae subjacere,  
extende ad deum pro peccatis tuis.

Ambrosius Mediolanensis, *Expositio euangelii secundum Lucam*, 5.40 (CCSL 14, M. Adriaen & P.A. Ballerini eds., p.149, ll.432-437).